

V C
4011



330



330, 17.

V c
4011



PROTHOCOLLVM
CONSULTATIO:
NUM ET COGITATIO:
NUM IN CONVENTU
RATISBONENSI

EVANGELICORUM ET
CATHOLICORUM

Anno 1630. habitarum.



2 Log...

PROTHOCOLLVM
CONSULTATIO
NUM ET COGITATIO
NUM IN CONVENTU
RATISBONENSI

EVANGELICORVM ET
MAGISTRORVM



PROTHOCOLLVM
COGITATIONUM IN CON-
VENTU RATISBONENSI CATHO-
licorum & Evangelicorum.

Propositio generalis.

Cathol:

Fiat una religio
Et fiat iucunda
unio
Removebiturq; omnis
disunio.

Evangel:

Servetur fidei constantia,
Et bona conscientia,
Det pacem Dominus
Det pati Dominus.
Qui vult religionem unam,
Vult continuè plenam lunam,
id est: Rem inauditam.

Prima Consultatio

De

PACE RECUPERANDA.

Pax quidem simulanda.

1. Quia per simulationem
paxis hætenus victoria
obtenta.

2. Propter spem pacis & li-
berationis Regiones &
homines ab anno ad an-
num sub iugo contributio-
num à desperatione con-
servati.

Qui cogitat aliter corde,
quam loquitur ore,
Sentiet aliquando in
opere,

Quod de proximo cogi-
tavit in corde,
Sicut crescit simulatio,
Ita crescit animadversio;
Ut oleum promovet i-
gnem,

A 2

3. Pro-

Cathol:

3. Propter novas seditiones
& desperatas conjunctio-
nes evitandas.

4. Ad suspicionem remo-
vendam; bellum non esse
defensivum nec necessa-
rium.

II.

Pax etiam optanda. si

1. ad nutum limitata.

2. ad unum conclusum fi-
nem directa.

3. Possessa, & possidenda in-
clusa.

4. Armorum necessario-
rum, urbium, fluviorum
& locorum tutiorum re-
tentio presupposita.

5. Solius Augustanae reli-
gionis permissio ita limi-
tata, ne ulterius crescere,
nec Catholicae intentioni
resistere possit, multò mi-
nus S. Papam Antichri-
stum nominare audeat.

Evangel:

Sic oleum blanditiæ se-
ditionem.

Bellum defensivum de-
monstrat finis,

Bellum offensivum pate-
facit finis.

Inter pacem duram &
bellum dubium,
Discrimen datur difficil-
limum,

Bellum tamen sine,
Si dubitas de belli fine.

Pax dura præ bello secu-
ra.

Victoriæ abusus, humili-
tatis illusio.

Bonorum libido, vindi-
ctæ Cupido.

Reformatio conscientia,
vorago concupiscen-
tia,

Contributionū duritia,
Cordis nequitia,

Impe-

Cathol:

- 6. Si omnes Imperij status Casarea obœdientia, fœdere se ita conjungant, ne unq alterq, vel recedere, vel cum extraneo se conjungere facultatē habeat.
- 7. Propter desperata bella metuenda.

III.

Pax aliquo modo non jucunda.

- 1. Propter victoriam utilem & utiliter ulterius extendendam.
- 2. Ne suppressi vires recolligant, & injuriam vindicent.
- 3. Ne sub pace hæreses crescant, ut solet pacis tempore fieri.

IV.

Sed bellum potiùs continuandum.

- 1. Propter victoriosam Casaris auctoritatem.

Evangel:

Impedient finem exoptatum,
 Facient bellum desperatum,
 Reddent Imperium confusum,

Sicut victoriæ pax subiecta.
 Ita pax victis planè rejecta.
 Nisi velis cernere monstrum,
 Et ex humilitate & paupertate
 Gigni pacis abortum,

Homo proponit,
Deus disponit,

A 3

2. Pro-

2. Propter victoriam indies
adhuc crescentem.
3. Propter victoria fructus,
nondum satis in usum
translatos.
4. Propter hostes Imperij
maiores suppressos, & mi-
nores residuos, quibus si-
mili modo suppressis; au-
rea, constans, securus &
exoptata pax sub unâ reli-
gione, uno capite, & ju-
cundâ unanimitate in Im-
perio expectanda, tuncq;
nec Turca nec ullius extra-
nei furor metuendus erit.

Qualis ergo propositio,
Ita dispositio.

Propositio fuit bellum,

Assumptio belli abusus

Abusionis Illusio,

E. Syllogismi conclu-
sio:

Qui cupit omnia, perdit
omnia.

Qui cupit nimium, ac-
quirit nihilum.

Secunda Consultatio.

De

MODO BELLII.

Modus belli erit talis.

1. Concludatur. Imperio im-
possibile & inconsultum
esse arma deponere.

Amatores belli pleruna-
que sentiunt fruges
belli,

2. *Modum*

Cathol:

2. *Modum Contributionis
mitiorem debere reddi, iti-
dem etiam meliorem disci-
plinam belli institui.*

3. *Arma non nisi defensivè
contra Imperij & Casarea
Matis. hostes, ad conser-
vandas Imperij Ll. liber-
tates & transactiones in
Religione reservari.*

4. *Per vocem Sincerationis
hoc ipsum dubitantibus se-
dulò, ut hætenus faciliter
factum, inculcetur.*

5. *Non credentes vel resi-
stentes, vel se à fœdere Ca-
sareo sejungentes, vel man-
data Papæ vel Cæsaris
spernentes, triplici contri-
butione graventur.*

6. *Quilibet Princeps Status,
Civitas Imperij suum assi-
gnatum numerum mili-
tum semper habeat, ad
communis intentionis u-
sum in promptu.*

Evangel:

Contributionum quere-
læ ascendunt.

Imbres querelarum de-
scendunt.

Hostis sæpe dicitur, qui
amicus nominari de-
beatur:

Et sæpè putatur ami-
cus,

Qui rectius diceretur
inimicus.

Inter Maledictionis vo-
cabula primum locum
meritò obtinent:

*Sinceratio & de-
fensio.*

Quantò passio major;
Tantò liberatio pro-
pior.

Sæpè sibi ipsi quis fodit
foveam,

Et parat magnam vir-
gam,

Et dat castigationis ani-
sam.

Tertio

Tertia Consultatio.
De
MODO REFORMATIONIS.
Modus reformationis sit talis.

Cathol:

1. *Nullo modo contra Pacem Religionis aliquid attentari debere pollicetur.*
2. *Si à Protestantibus Pax illa infringatur, tunc Catholicos ab omni culpa esse absolvendos, predicatur.*
3. *Dentur Ll. sub privatione Religionis: Papam non nominare Antichristum, Catholicos non habere veram Ecclesiam.*
4. *Bona Ecclesiastica ulterius arripiantur, & loca que olim fuere catholica, vel dominum habent catholicum, iterum reformentur.*
5. *Principes Evangelici quantum sub specie recti fieri poterit, priventur Medijs, Scholas & Academias sustentandi.*

Evangel:

Serva DEUS Verbum
tuum,
Et frange vires hostium.
Surge, O DEUS Optime
Et impiorum dentes
Dexteram tuam contere;
Ut cernent omnes gentes,
Quod tu salutis una
spes,
Et tuorum protector
es
Diligens pias mentes. Ps. 3.
Qui putat reformationem,
Opus esse Christianum,
Cogitet pati maximum
Christianum.

6. Ubi

6. Ubi Educatio iuventutis
in specie sub pace Religio-
nis non est comprehensa,
ita innocens iuventus fe-
suis maximè idoneis sit
recommendata.

7. De bonis ante Transact.
Passav. Sancti Papæ ex-
spectetur constitutio.

8. Utilissimum paupertatis
remedium in reformatio-
nibus sedulò urgeatur.

9. Nullo modo autem alicu-
jus conscientia cœrceatur.

Quando mensura pecca-
ti plena

Sequitur peccati poena.

Reformatio quantos gi-
gnit gemitus,

Tantos in imperium re-
fundit strepitus.

Paupertati major victo-
ria

Quam Marti adscriben-
da,

Magis a. timeas Martem
ex paupertate orien-
tem,

Quam Martem pauper-
tem cœrceantem,

Quarta Consultatio.

De

METHODO ET ORDINE.

Methodus & Ordo sit talis.

1. Uti hætenus, ita imposte-
rum verberantis ictus
(quamvis contra stylum)
expectandus, ad confir-
mationem belli defensivi.

Consilia divina
Impediunt humana,
Et faciunt vana,
Quamvis appareant
sana.

B

2. Prims

2. Prius bona Ecclesiastica post
Transact. Passav. ablata,
Et per decretum Imperato-
ris adjudicata, incorporen-
tur, Et subditi reformentur.
3. Ex eodem fundamento pas-
sim in magnis civitatibus
mox hic, mox alibi tcimpla,
cœnobia, schola occupentur.
4. Onere militari gravius Pro-
testantes quam Catholici gra-
ventur.
5. Loca Imperio per Hollandos
ablata, postmodum recupe-
rentur, intellige: Si rectum
tempus aderit.
6. Si vel huic ordini vel cæsa-
reis decretis, hic vel ille sese
opponeret, is statim in præ-
nam Palatini incurrat, sine
ullo beneficio.
7. Saxo tamen Et Landgra-
vius fidus, Et si qui sunt si-
miles, tantisper sunt exem-
plum Cæsareæ benignitatis

Suppressioni nullum
ferè residuum re-
medium, nullum
solatium nisi ferè
hoc:

Quantò gravior pref-
sio
Tantò iucundior libe-
ratio,
Tantò propinquior
redemptio,
Et certior ordinis in-
versio,

Si Deus pro nobis,
Quis contra nos?

Et licet-

Et limitationis, quod nonnullis etiam hereticis sine servanda fides, donec ipsi ansam praebeant illorum nomina sub communem rubricam scribendi.

8. Si Oppositio vel Hollandorum vel Regis Sueciae, vel Saxonis vel Galli, nimium esset furiosa, vel fœdere unita, tunc ad exemplum praecedentium actorum Et exemplorum blandis promissis fiat disjunctio.

9. Festinatione non erit opus, cum utilissimum remedium contributionis inventum. Namque etiam in tarditate maxime latet victoria. Non etiam dubitandum, tam religiones pedetentim se ipsas extincturas, quam hostium Imperij corda paulatim omnia patefactura. Sicut n. nulla heresis in Ecclesia stetit unquam ultra centenarium Et decennium Luthevi evanescet memoria.

Si Deus iratus,
Quid juvabit fœdus?

Peccata secura,
Pariunt verbera dura,
Peccata agnosce poenitenter,
Verbera tolera patienter,
Ita auxilium Dei videbis gaudenter.

Si Dijs placet
Intra decennium totus mundus cadet,

Quinta Consultatio.

DE MODO UNIONIS.

Cathol:

Evangel:

1. *Sub uno capite, unâ religionem, unâ intentione, unâ actione, unâ passione.*

2. *Coniunctis animis, coniunctis viribus, alter alterum defendat, incitet & animosum reddat.*

3. *Nolens vel recusans coërceatur.*

4. *In suspiciosum inquiretur.*

5. *Unius membri inimicus, sit totius corporis inimicus.*

Sicut in cœlo & in terra,
Sicut unio & solet esse
disiunctio,

Quodlibet fœdus,
Durat suum tempus;
Quando tempus finitum,
frangitur fœdus initum.
Maximum inicitur fœdus

inter Deum & hominis
conscientiam,

inter actionem iustam,
& passionem iniustam,
inter spem & patientiam.

Quantò fœdus hominum
fortius
tantò sapius periculo-
sius.

Sexta Consultatio.

De

REGULIS UNIONIS.

Cathol:

Evangel:

1. *Hereticis non est servanda, sed tamen limitanda fides, id est, suo tempore.*

Serva, suadeo, hæreticis
fidem,
Ne tibi retribuunt idem.

servan-

Cathol:

servanda, suo tempore li-
mitanda, suo etiam tem-
pore abolenda.

2. Religio Catholica omni-
modo sine omni exce-
ptione, discrimine, metu,
conscientia, attentione fa-
ma, persona, causa, &c.
promovenda.

3. Cavet a. quilibet, ne quis
eandem intentionem, vel
ut contra quandam trans-
actionem sine fide agat-
tur, animadvertat.

4. Nemo sine specie recti aliquid agat.

5. Nemo ita loquatur ut cogitet, sine nemo
ita cogitat ut loquatur.

Evangel:

Quod Christus nec po-
tuit nec voluit,
Hoc Christiani neq; pos-
sunt neq; debent.

Qui gravat alterius con-
scientiam,
Eo ipso gravat pro-
prium.

Qui gravat propriam,
Incidit in maximam
poenam.

De
JESUITIS ET JESU
DISCIPULIS.

Religio Jesuitarum quamvis
nova tamen antiqua.

Dat ob nomen, magnam san-
ctitatem,

Dat crucem, persecu-
tionem,

Contemptum, pau-
pertatem,

B 3

Sancti

Cathol:

Evangel:

Sanctitas dat devotionem.

Devotio dat auctoritatem;

*Auctoritas dat singularem
commoditatem.*

*Commoditas dat quotidianam
ordinis extensionem.*

*Extensio dat varia callida
ingenia.*

*Ingenia dant in Imperio nova
consilia.*

*Consilia adspirant ad honores,
& majora, & ad informan-
dum mundum & aulam.*

Aula & mundus dat divitias.

Divitia dant insatiabilitatem,

Insatiabilitas non habet finem,

Donec acquirat omnia,

Vel fiat Monarcha vel Papa.

Ergo si vis esse omnia vel Mo-

narcha vel Papa?

Fias Jesuita

animum contentum.

non aspirantem.

non mundi negotia
curantem;

neminem persecuen-
tem,

neminem damnan-
tem,

malum malo non re-
tribuentem.

Ergo si vis esse con-
temptus,

persecutus, hæreticus
nominatus,

pauper socius & planè
nihil,

fias CHRISTI disci-
pulus.



CONCLUSIO VEL DECRETUM
CONFENTUS.

Cathol:

*Aut fias Catholicus,
aut pauper socius.
aut omnia
aut nihil.*

Evangel:

Vae tibi qui possides multum,
Et habes cordi angustanum cul-
Qui vis esse neutralis, (tum
Et liberos multos alis.
Quiq; vis constans & sincerus ma-
Deus velit te juvare. (nere;

*Beati pauperes, quoniam regnum
Dei possidebitis.*



CONCILIUM VEL DECRETUM
CONVENTUS


Carhol:

Evangel:

Antiphona
Sanctus
Gloria
Agnus Dei

Et tibi qui possides mundum
Et habes cordi angustiam colere
Qui vis esse beatus
Et habes mundum
Quid vis constare & linere
Deus velle te servare

Beati papae
Dei possiditis



03

Am
17

MC



16. 10. 1870



ULB Halle
004 806 549

3



VD17





Cat

3. Propter
 & despo
 nes evi

4. Ad se
 vendat
 defensi
 rium.

Pax eti

1. ad nutu
 2. ad unu
 nem di
 3. Possessa
 clusa.

4. Arme
 rum, ut
 & loco
 tentio p

5. Solius e
 gionis p
 tata, ne
 nec Cat
 resistere
 nus S. I
 stum no

gel:

landitia se
 em.
 ensivum de
 rat finis,
 nsivum pate
 nis.

t duram &
 ubium,
 atur difficil

en sine,
 belli sine.
 bello secu

sio, humili
 o.
 ido, vindi
 o.
 onscientia,
 ncupiscen

nū duritia,
 quitia,

Impe-

